curiis ueſtã eſſe uoluit ſeperatim non po/
ſuiſſe rotunda effigie tẽplum ẽ inter capi/
tolium & palatiũ in eo ſeruabatur p̄petu/
us ignis quia ueſta nihil aliud eſt quam pu
rus ignis. Sũt qui dicant alia quedã archa
na meo templo ſeruari etiam põtificibus &
uirginibus ignota. Quidam duo dolia non
magna alterum clauſũ: alterꝝ ap̄tũ ĩ quo ni
hil ẽ. Quidã aiũt a uirginibus palladiũ ſer
uari celo lapſũ ĩ troia. prime uirgĩes a. Nu
ma electæ quatuor fuere. Gegania Bere/
nia Camilla. Tarpeia Due alie a Seruio
Tullo additæ Caſti. uirgĩbus t̃mĩatae ĩ xxx
ãnos. x. p̃riis diſcit uirgo. totidẽ miſtra ẽ. ĩ r̃
liqſ docet. poſt. xxx. ãnos nubẽdi p̄tãs ei fit
pria que capta fuit amata tradit̃ iõ cũ capi

tur uirgo hoc nomen ei imponitur capitur a põtifice nõ minor annis. vi. & nõ maior x. et q̃ nõ ſit patrima et matrima neue lĩgua ſenſu aurium diminuta alia ue corpis labe neq; ſilia ſerui neq; eius q domiciliũ in italia nõ haberet Veſtalis ſi petulanter delinqſſet verberabãt a pontifice. ſi ĩceſta fuiſſet hoc mõ pœnas luebat Vincta efferebatur in ſandapila. p medium foꝝ uſq; ad portã collinã ibi tumulus ĩpudicaꝝ ueſtalium ĩter muros ĩminet in quo eſt pua cauerna ſubterranea ad quã p foramen ſcalis deſcendit i q̃ eſt ſtratus lectulus & lucerna ardens & panis lac oleum ne fame ĩtereat Depõit hic ueſtalis ſoluit uinclis capite uellato in ſupplicium ducit põtifex cum archana q̃dã ꝓnunciauit cum ſacerdotibus terga uertit & ſtatim ĩpudica ueſtalis in cauernam demittit inde foſſa tellure replet uſq; ad opculum ea die ſilentium & meſtitia in tota urbe eſt.

De Flaminibus.

d Ialem & Mar. Flãinem Romu iſtituit Numa Quirĩalem addidit Varro aſſerit Numã põpilium flãines ſingulis diis feciſſe & ab eis noĩa ddiſe hic ĩſ p.

hominibus ĩ celum relatis flamĩes decreuit. Dicti autem flamines ſunt & geſtatione pileorum quaſi pileamines. Quidam aiunt ab inſulis quas flãmea uocant eorum miniſtri Flammii dicti & miniſtre flaminule Sed rerum omnium ſacrarum. adminiſtri Camilli dicebantur. flamines non poterant niſi ſinguli ſingulis diis attribui & nephas ſine pileo erat egridi domum.

De Saliis.

Salios. xii. marti gradiuo legit Numa dicti a ſaltando quod facere incomicinis quot annis et ſolent & debent uerſicoloribus tunicis ornati per urbem tripudiant ſuccincti eneis balteis Togas fibulis nectunt quas trabeas uocant geſtant in capite pileos quos uocant apices gladio accinguntur dextra lanceam aut uirgam ferunt leua thratiam peltam celeſtia ſunt arma Ancile uocant ideſt circum exciſum id fertur celo lapſum in regiam Nume Anno. viii. regni eius lege cautum erat ut Salii liberi eſſent & ĩdigene & quorum uterq; parens uiueret & cuiuſcũq;

fortune pauperes andiuites quidam Salios appellatos putant a uiro Sa-mothrace ſeu mātineo nomine Salio q Saltationē ī armis īuēit Tradit' Tullus hoſtilius duplicaſſe numerū Saliorū.

De Fecialibus et patre patrato:

Fetiales dicti quod fidei publice inter populos preerant nam per hos fiebant ut. iuſtum conciperetur bellum et ut federe fides pacis conſtitueretur eos-inſtituiſſe dicitur Numa cum indicendum eſſet bellum fide natibus hi mit-tebantur priuſq̃ conciperetur bellum ad res repetendas et ſi non impetrabant bellum indicebant Fecialium u-nus qui patrē patratum faciebat ex ip-ſis fecialibus electum ſacris ueſtibus ornatus ad auctores iniuriarum ꝓcedebat priuſquam urbem intraret Ianitorē uel alium qui obuiam fuiſſet alloquebatur quibuſdam imprecationibus inde inforum pergit illic diſſerit qua cauſa uenerit tempus ad conſultandum dat xxx. dierum ſi per hos dies res in-fecta maneret. diis celeſtibus mani-buſq; inuocatis abit & ad ſenatum re-

ſert et ubi in ſenatu quod iuſtum piũ/
q; eſſe actum erat fecialis bellum indi
cebat fecialiũ ſacrane faſuiolare erant
nam fabius con ea uiolaſſet urbs . Ro .
agillis ſenonibus euerſa fuit Dicuntur
feciales a Federe faciendo ſeu feriendo
pater patratus a patrando id eſt ſan
ciendo federe quidam a fecialibus crea
batur qui tantum in federe ſantiendo
preerat Qui ut ſcribunt . De ponti/
ficibus . Pontifices e patribus legit
Numa et ex iis Pontificé maximũ fecit
Martium Martii F. & ipſius Nume ge
nerum cuius ſcitis omnia publica priua
taq; ſacra ſubiecit ut eſſet quo conſultũ
plebes ueniret & idem nec celeſtes mo
do cerimonias ſed & iuſta funebria et
prodigia quomodo ſuceperentur et cura
rentur defoncto pontifice max . alius
eligebatur non a populo ſed abipis põti/
ficibus appelati ſunt ut Varro ſcribit et
dionyſius aponte ſublitio quem reficie/
bant quare uidẽtur a Numa nõ põtifi/
ceſ ſed ſacerdotũ prĩcipeſ noĩati & ĩde r̃
gnati Anco. Mar. q̃ndo ſublitius põs fac
tuſ fuit apõte põtificeſ apelati et iõ ſacra

Ab eis trans Tyberim non mediocri ritu ad pontem fiunt . Sceuola . pon. max . dicebat pontifices dici apoſſe & facere . Quidam ſcribunt ab eo q potentia ſacra perficiant .

De Rege Sachrificulo .

p Oſtquam Romani Iam libri extincto regio nomine conſules crearunt nec ubi deſiderium regis eſſet . propter quedam ſacra publica que reges faciebant Regem ſacrificulū conſtituerunt & Epatribus eligerunt C.Manium papirium . & id ſacerdotium pontifici ſubiecere nenoue libertati additus nomini honos officeret is Papirius quietis ſtudioſiſſimus fuit idem fuiſſe memoratur qui leges nume ab. Anco.Martio in tabulis quernis inſcriptàs rurſus in publicum traduxit.

De Gallis marris deum .

Gallis Sacerdotes cibelis matris deum ſunt & ſemimares ideſt caſtrati ab eo quod dea puerum phrygium amauit atym cui precipiſſe dicitur ne concumberet ille cum Sangaride nympha cohi/

uit ſub arbore Cybeles exciſa arboꝛ̄ uicta
eſt puer ad dindima aufugit et uirilitatē
ſibi anputauit iō Cybeles caſtratos ſacer
dotes habere mauult . Scđo bello punico
Romam et deportatus eſt . Sacer Lapis
quem matrem deum incole dicebant. per
legatos tres. M. Valeriū. L. Eminium et/
C. CeciliūGalban et Queſtores duos Cn.
Tremelliū flaccū et M. Valeriū falconē
receptaq; fuit dea rome a ſapiētiſſīo hoīe
P. Scipione Naſcica qa ſenatu in tota ciui
tate uir optimus iudicatus fuit et qđ ma/
gis ad mirabile ē adolecēs erat galli dicti
ſūt a Gallo flumine phrygie teſtes ſamia
teſta ſibi amputāt Rhea noīatur cybele a
monte Cybelo que ē pars mōtis dindimi

De duum uiris et. x. uiris ſacroꝝ

Duum uiria Tarquinio ſupbo inſtituti
fuerūt q ſoli inſpicerēt libros Sybillinos
deinde cum plebes creari ex ſuis īſtaret ex
plebeis patritiis creati. x. et inde. xv. q li/
bros inſpicerēt ſic et duū uiris ad. x. uiros
et. xv. uiros res deuenit et alquando data
cura corrigendoꝝ faſtoꝝ fuit. ii. februariū
qui ultimus erat poſt Ianuariū poſuerūt

De peulonibus.

Veteres pōtifices(ut ait Cicero)ꝓpter mul titudīem ſacrificiorū tres epulones eſſe uo/ luerūt ut ludoꝝ Epulare ſacrificiū facerēt id ſacerdotiū ātiquū fuiſſe conſtat.ſed de ætate nondum legimus . numerus auctus fuit.Duo additi & quinq; fuere Epulones & poſtea theatraliū ludorum atq; circēſiū ambitione ſeptem fuiſſe Epulones legūtur

De Titiis Sodalibus .

s Odales Titii Sacerdotes extra urbē hītabāt & ī tuguriis certa auguria ſer uabit quoniā ad id deputati a pōtificibus erant. nomen inditum eſt ab auibus .

Incipit de Legibus .

Ius pluribus modis dr̄. Naturale qđ ē cō/ mune oībus .aīalibus Ius gentiū quo gen tes hūane utūt̄:Ius ciuile quod ex legibus Plebiſcitis.Senatus cōſultis decretis prīci/ pum:& auctoritate prudētium uēit Ius pu blicum ī ſacerdotibus & mr̄atibus cōſiſtit Ius priuatum ad ſīguloꝝ utilitatē.Ius etiā dr̄ locus ī quo ius reddit̄ ut nēinii paulus. đ lege & đ legis origīe.lex ut cryſip.diffīt ē dīnaꝝ & hūanaꝝ r̄ꝝ notitia lex dr̄ rogatō & obnūtiatio Lex donū ē đi dogma hōinū ſa piētū Cohertio uolūtas legis uirtus ē īpar̄

Vetare punire permittere. Lex ē eternū qd/
dā quod uniuerſum mundum regit īpādi
ꝓhibendiq; Sapiencia ex hac lege lex no/
ſtra eſt ratio mēſq; ſapientis Equalis dei ē
lex conſtatq; ad ſalutē ciuium Ciuitatūq;
incolumitatē uitāq; omniū qetā & beatā.
Igitur ubi lex nō ē Quies & beatitudo nō
eſt & apud illos antiqſſīos mos ſapiētū lex
erat id erat quoniam antiqtas proxime ac/
cedebat ad deum Lex magiſtratibus pre ē.
& magiſtratus populo. Optīe putat Ci/
cero magiſtratum eſſe legem loquentem ī
perandi & obtempandi modus debet eſſe.
Nam & qui bene imperauerit aliquando
neceſſe eſt & ipſi mortales non ſolum ob/
temperare & obedire magiſtratibus debēt
ſed eos colere atq; diligere. Poteſtas eſt fa/
cultas a populo ſeu prīcipe publi. data Ma
gr̄atus dici ceptus eſt cū a populo creatus
fuit magiſter populi id eſt dictator. Prima
fertur ceres dediſſe leges mortalibus po/
ſtā ipſi ſapientes. Phoroneus argiuis dedit
Moiſes cælo lapſas hebreis Egiptiis Mer/
curius Draco & Solō Athenienſibus Mīos
cretēſibus lycurgus lacedemoniis. Turiis
Charundas Romanis Romulus.

Ella & fugia lege reſiſtebatur perniciofis

legibus ĩ ciuitate que ideo erãt pro pugna cula & muri ocii & tranquillitatis Sed Clo dius. Tr.pl.L.piſone & A. Gabino coſſ. iiii.leges tulit ex iis ſcđa fuit Neqꝫ p eos dies quibus cum populo agi liceret de celo ſeruaret & quarta cauebatur Nequem cen ſores in ſenatu legẽdo preterirent ne ue quẽ ignominia afficerent niſi qui apud eos accu ſatos & utriuſqꝫ cenſoris ſentẽtia dãnatus eſſet ac lege diminuta eſt cenſura que eſt magiſtra uite & modeſtie . Aurelia le/ ge comunicata ſunt iudicia ſenatui equiti/ buſqꝫ ro.& Tribunis erariis eã tulit Aure/ lis cocta pretor. De lege Acilia Manius Acilius Glabrio legem tulit de pecuniis re petundis in qua ne cõpendinari qdẽ reum ſinit.L.Piſo primus tulit legẽ.de pecuniis repetundis De Annoniana lege Clodius Tr.pl. De Annõa legẽ tulit ut frumẽtũ qđ ãtea ſenis eris ac triẽtibus ĩ ſigulos mo dios dabatur gratis daretur De Annaria lege ea lex ãnoꝝ modũ finit qbus magr̃a/ tus capiendi ptãs ſit De Aterma lege Hec lex cum mos priſcus fuiſſet irrogande mul te p magiſtratus ouis aut bouis noĩe ouis ere dẽo bos ere cẽteno diffiniuitDe aqlia L.

a Quila Lex Ab

aquilio lata de dolo malo de fraude de de/
ceptione de ſimultate . Cincius legē tu
lit qua cauetur ātiquitus nequis ob cauſā
orandā domū pecuniā ue accipet . Cal/
purnia lege pecuniaria pena . inter alias
penas adiecta fuit .L. Calpurnius piſo eā
tulit . Cornelia lege cauetur nequis
Legatis exterrarum nationum pecuniam
expenſam ferret A. Cornelius coſ. tulit &
idem aliā tulit. Nequis ī ſenatu legibus ſol
ueretur niſi ducēti affuiſſent neqs cū ſolu
tus eſſet intercederet cū ea de re ad popu/
lū ferret . Tulit idē Cornelius ut pretores
edictis ſuis ius dicerent. lex eſt a Cornelio
quodam lata ut hoīes q parricidii cauſa telo
accincti ſint gladio pſeq̄ntur A. Caſſio lon
gino lex lata eſt caſſia q̄ populus p tabellā
ſuffragia ferret .C. Mario .C. Flacco coſſ.
Alia ab eodem lata ut ille quē populus dā
naſſet cui ue impium abrogaſſet in ſenatu
non eſſet . Fabia lex a Fabio lata aq̄ ad/
iecta pena eſt illis qui deducunt & ſectā/
tur candidatos in comitia. Frumentaria
lex a Sēpronio Gracco lata eſt q̄ frumētū
e publico deſtribueretur Po. Ro. Lege falci
dia a falcidio lata cauetur ne plus dodrāte

te legaꝛ̃ liceret ꝓpterea quod multi heredi-
tatem recuſabant .Flauius legem tulit de-
plagiariis Cum qui dolo ſeruum aut pe-
cus a . domino & filium a patre ſubtrait.

Gabinus legẽ tulit qua bellum Gn.Pō
peio magno cōtra pyratas datum eſt cōtra
C.Trebelli Tr.pl.interceſſionem. Iunius
Siluius coſſ.cum Q.cecilio metello legẽ tu
lit bello cimbrico quod diu praue & infeli
citer geſtum eſt propter diminuta militie
ſtipẽdia.iulia lege puniuntur adulteri idẽ
Iulius Cæſar legem tulit de peculatu ĩ eos
ꝗ rẽp.uel ſacram furati ſunt uel furātibus
auxiliati ſint uel furta ſcientes ſuſceperunt

Cũ adoleſcẽtes ĩ contractibus circumue
niri ſolerẽt. Q .lectorius penã de pretori-
bus adiecit. P.Licinius Craſſus orator &
Q.Mutius Sceuola pont.max legẽ tulerĩt
de regundis ciuibus ut ĩ ſue qſqꝫ ius ciuita
tis redigeretur . Cum multi Itali cupidita
te ciuitatis Ro. tenerentur L. Manilis le
gẽ tulit ut quãdo rẽs a nobilibus aduerſe ge
ſte fuerant illi ad magiſtratus gerendos
admitterentur quorum maiores in Roma-
na republica Magiſtratum on exercuiſ-
ſent huiuſmodi autem noui appellantur.

Otho. Tr. pl. legẽ tulit neqꝫ cũ ordĩe eq. in ſpectaculis ſederet niſi ſextertia q̃dragĩta poſſideret qđ ſi cõtigeret quiſqꝫ ẽet ſiue ĩgenuus ſiue libertus ĩter eqtes ſpectarꝭ liceret ĩ gradu. xiiii. M. oppius legẽ tulit ne ſupfluo ornatu mulieres romãe utarenť. neue pilentis ideſt redis pẽſilibus uterẽť neue plus uncia ĩ auribus appẽderẽt Q. Ortẽſius legẽ tulit ut eo iure quo populus ſtatuiſſe & oẽs qrites tenerentur. C. Ponpeius Strabo lata lege ueteribus incolis trãſpadãis. ius Latii dedit quod cetere colonie latĩe habebãt ut petendi magiſtratuſ & ciuitatiſ ro ius adipiſcerenť. Gn. Põpeius magnus legem tulit ut queſtor ſuffragio populi ex hiis q cõſules fuerãt crearet̃ idem põpeius legem tulit q̃ aſprima pena parricidas afficit. Si qs parentis filii fata preparauerit clam & palã Inſutus culeo cũ cane & gallo gallĩaceo: & uipa: & ſimia in mare aut in flumen ꝓiceretur. Lege Papia ꝓhibentur perigrini uti urbe ro. M. Plocius Sil. Tr. pl. Cn. Põpeio Strabõe & L. portio: Catõe coſſ. legem tulit ut ſigule tribus qnos denos ex eo nũero

ſuffragio crearent qui eo anno iudicarēt L. Roſcius otho. cos. Legem tulit ut in theatro eqtibus. ro. hordies. xxiiii. ſpectādi grã darent̃. Satyra lex ē que uno rogatu multa & uaria conprehendit P. Scatius legē tulit q̃ puerorum cōcubitores graui ſupplicio afficiūtur. Lege tutelari cauetur nequis tutos p ſimilationē. pupillū fraudet. Q. Varius Tr. pl. legē tulit ut quereret̃ de his quoꝝ ope cōſilione ſocii po. ro. arma ſumpſiſſent

Voconius legē tulit nequis cēſus hoc ē pecūioſus heredē unicā reliqueret filiā erat āt cēſus ille q. C. milia ī ꝓfeſſione detuliſſet. Valerius publicola legē tulit ut nulli magiſtratui liceret corpus romāi ciuis īdicta cā cōdēpnar̃ liceretq; dāpnatis ad populū ꝓuocar̃. Hec habui. M. pathagathe q̇ de magiſtratibus & ſacerdotiis & legibus cōpendioſe ſcriberē ut ex eo compēdio aliq̃ ad noſtros utillitas pueīat & ita depīxiſſe opinor. ut ante oculos uelut in tabella poſuerī. Scribant alii diffuſius Pōponio ſatis ē placere ſuis Vale.

Finis Laus Deo.

Reuerendiſſimo domino domino Iohãni
tituli ſanctorum Nerei & Archilei preſ/
bitero Cardinali Nouarienſi. Iohẽs Aloi
ſius Tuſcanus aduocatus conſiſtoralis.
Latina & terſa Suetonii tranquilli in depin
gendis duodecim Cæſarum moribus . elo
cutio omẽs homines delectat me uero plu
rimum. Et cum tantum opuſculum illud ex
eis reliquiis haberemus . hominẽ tã doctum
aptumq; ad ſcribendum de pluribus nõ po/
tuiſſe non ſcribere credimus & ea uel cum
edifitiorum ruinis colapſa eſſe uel incendio
abſumpta. uel Ghotorum Vandalorũ aliorũ
ue Barbarorum nefandis manibus uiolata
periiſſe. quid reliquũ eſt dolemus . Eo ue/
hementius huic rei fidem adhibemus ꝙ nuꝑ
in manus noſtra Grammatice & Rethori/
ce ſcriptores qui fuerint quando Rome ui/
guerint libellus eiuſdem Suetonii deuenit.
Gauiſus ſum quãtum decuit & letatus eoq;
primũ animi mei rador conuolauit ut & hũc
libellũ ſic ut & cetera mea tue reuerẽdiſſime
d. que ꝑ uirtutes ad tã celſum apicẽ ꝓuecta
ẽ dedicarẽ ut ĩ hoc tibi debeãt plurimi ꝙ. ſ.
de Gramaticis & rethoribus tam fidũ teſti
moniũ aupicio noĩs tui in lucẽ ꝓdiderit feli.

g Rammatica olim Rome ne in uſu qui
dem nedum in honore ullo erat ru
di ac bellicoſa etiam tum ciuitate .
nec tum magniopere liberalibus diſci
plinis uacante. Initium quoq; eius mediocre
extitit . Siquidem ãtiquiſſimi doctorũ q̨dé
& poete & oratores ſemigreci erant. Liuium
& Ennium dico quoſ utraq; lingua domi fo
riſq; docuiſſe ad notum eſt. nihil amplius
q̃ greco interpetrabantur . Ac ſiquid latine
ipſi conpoſſuiſſét latine plegebãt Nã q̨d nõ
nulli tradũt duos libros de literis ſilabiſq; Ité
de metris ab eodem Ennio Editos iure argu
it.L. cotta non poete ſed poſterioris Ennii
eſſe cuius etiam de augurandi diſciplina uo
lumina feruntur.

Primus igitur quãtum opinamur ſtudium
grammatice intulit Crates aulotes Ariſtartii
equalis qui miſſus ad ſenatum ab Attalo re
ge iter ſecundum ac tercium punicum bellũ
ſub ipſa Ennii mortem cum regione pro
lapſus in cloace foramen crus fregiſſet . per
omne legationis ſimul & ualitudinis tempus
plurimas Acroaſis deinde fecit . aſſidueq;

diſſeruit ac noſtris exemplo fuit ad imitan/ dum. Hactenus tamen ſunt imitati ut car/ mina parum ad hec diuulgata uel defũctoꝝ amicorum uel ſi quorum animos probaſſẽt diligentius retractarent ac legendo cõmen/ tandoqꝫ etiam ceteris nota facerent ut .C. octauius lampadio nenii punicum bellum quod unico uolumine & continenti ſcriptur̃ expoſitum diuiſit in ſeptem libros ut poſtea Q. Varguteius annales Ennii quo certis die/ bus in magna frequentia pronunciabat ut Lelius Archelaus Vertius .Q .Philoconius Lucilii Satyras familiaris ſui quas legiſſet apud Archelaum . Pompeius Ianeus apud Philoconium. Valerius Cato predictam in ſtruxerunt auxeruntqꝫ ab omni parte gram/ maticam . Lelius Lauinius gener .Q. Aelii Seruius Clodius uterqꝫ eques Romanus . multi ac uarii & in doctrina & in rep. uſus

l Aelius cogniomine duplici fuit nam & Precõius ꝙ pr̃ eius preconiũ fecerat uo cebatur & iſtilo ꝙ orationes nobiliſſĩo cuiqꝫ ſcribere ſolebat . tantus optimatum fauor ut. M. metellũ numidicũ ĩ exiliũ comitatus ſit Seruius cũ librum ſoceri nondun editum

fraude intercepiſſet & ob hoc repudiatus pudore ac tedio ſeceſſiſſet ab urbe in podagre morbum incidit. Cuius impatiēs ueneno ſibi perunxit pedes & enecuit ita ut pte ea corporis q̄ſi premortui uixerit. poſt hoc magis ac magis gratia ac cura artis increuit. ut ne clariſſimi quidē uiri abſtinuerint quo minus & ipſi aliquid de ea ſcriberēt. Vtq; tēporibus quibuſdam ſuper. xx. celebres ſcole fuiſſe ī urbe tradant' pretia gramaticoꝝ tāta mercedeſq; tā magne ut conſtet luctatiū daphnidē quē leneus meliſus per cauillationē nominis panoſgarema dicit ducētis milibus nūmis a. Q. catullo aptū ac breui māumiſſum. L. apuleium abefitio caluinio eqti Ro. prediuite q̄drigenis ānis cōductum multos edocuiſſe. Nā ī prouītias quoq; gramatica penetrauerat. ac nonnulli de notiſſimis doctoribus pegre docuerunt maxime in gallia togata interquos octauius teucer & ſiſcennius iacchius ethopius cares hic qdem ad ultimā etatem & quom iam nō greſſu mō deficeret ed uiſu.

a ppellatio gramaticoꝝ greca cōſuetudīe īualuit ſed nitio literati uocabāt'. Corneliuſq; nepos ī libello quo diſtiguit lr̄atum

ab erudito litteratos quidem uolgo appel/
lari ait eos qui aliquid diligenter & acute ſci
enterq; poſſint.aut dicere aut ſcribere. Ce/
terum proprie ſic appellat poetarum īterpre/
tes quia græcis gramatici nominentur eoſdē
litteratos uocitatos . Meſſala Coruinus in
quadā epiſtola nō eſſe ſibi dicēs rē cū furio
bibaculo.nec cū tigida quidem aut littratorē
Catone ſignificat enim haud dubie Valeriū
Catonē poetā ſimul gramaticūq; notiſſimū
Sunt q lr̄atum a lr̄atore diſtinguāt ut græci
grāmaticū & gramatiſtā & illū qdē abſolu
te hunc mediocriter doctum exiſtimēt quorum
opinionem orbilius etiā exemplis cōfirmat
Nā apud maiores ait cum familia ditius ue
nalis producerent ne non temere quē lr̄atū i
tutulos ſed litteratorē īſcribi ſolitum ēe q̄ſi
nō perfectum litteris imbutū. Veteres gram
matici rethoricam dicebant ac multorum de
utraq; arte comentarii feruntur ſcd̄m quam
conſuetudinem poſteriorem quoq; exiſtimo
quēquē iā tā diſcretis profeſſiōibus nullo mi
nus uel retinuiſſe uel inſtituiſſe & ipſis q̄dā
genera inſtitutiōum ad eloquētiā preparādā
ut problemata. perifraſis elocutiones. ethi/
mologias atq; alias hoc genus ne ſicci oīno

atq; aridi pueri rethoribus traderentur : que quidem omitti iam uideo deſidia quorundã & infantia nõ enim faſtidio putem. Me qdé adoleſcentulo repeto quendam principem rome alternis diebus declamare. alternis diſputare. nõnullis mane uero diſſerere. poſt meridiem pulpito declarare ſolitum. Audiebam etiã memoria patrum quoſdã e gramaticis ſtanti ludo tranſiſſe in forum atq; in numerꝝ preſtantiſſimorum patronorũ receptos clari profeſſores & de quibus prodi poſſit aliquid dum taxat a nobis fere hi fuerunt.

Sæuius Nicanor.

s Aeuius Nicanor primus ad famam dignationemq; peruenit. ferturq; preter comentarios quorum tum pars maxĩa intercepta dicitur ſatiram quoq; in qua libertinum ſe ac duplici cogniomine eſſe hoc indicat. Sæuius Nicanor Marci libertus. negabit Sæuius poſthumius idem. At. M. docebit ſunt qui tradãt ob infantiã quandã eum in Sardiniã ſeceſſiſſe. ibiq; diem obiiſſe.

Aurelius Opilius.

a Vrelius Opilius Epicurei cuiuſdam libertus phĩam prĩo deĩde rethoricam nouiſſime gramaticam docuit. dimiſſa autẽ

ſcola Rutilium ruffum dãnatum in Aſiam ſequutus ibidē ſmyrne ſimulq; cõpoſuit uarie eruditionis aliquot uolumīa ex quibus nouem unius corpis q̄a ſcriptores ac poetas ſub clientella muſarum iudicaret non abſurde & ſcripſiſſe. & feciſſe. ait & numero duarū & appellatione ī pleriſq; huius cognomē indicibus & titulis p̄ unā lr̄am ſcriptū aīaduerto ue℞ ipſe id per duas effert. ī peraſcichi de libellis qui inſcribūt̄ pinax

M. Antonius Gnipho.

a Ntonius gnipho in genuis in gallia natus. ſed expoſitus a nutritore ſuo manumiſſus inſtitutuſq; alexãdriæ quidē ut aliqui tradūt. ī cõtubernio Dionyſii Scithobrachionis. q̄d equidē nõ temere crediderim quom temporis ratio uix congruat. fuiſſe dicitur ingenii magni. memoriæ ſingularis nec minus græce q̄ latine doctus. preterea comi faciliq; natura nec unquā d̄ mercedibus pactus eoq; plura ex liberalitate diſcentium conſequutus. docuit prio indiuidi iulii domo pueri adhuc deinde in ſua priuata. docuit autē & Rhetoricā ita ut quottidie precepta eloquētiæ traderet. Declamare uero mūdis, ſcholā eius claros

quoq; uiros frequẽtaſſe aiunt. In his. M. Ciceronem & cum pretura fungeret ſcripſit multa q̄uis ānum ætatis qnogeſimũ nõ exceſſerit & ſi athenis philologus duo tāti uolumīa de latino ſermone reliquiſſe eum tradat nā cetera ſcripta diſcipulo℞ eius nõ ipſius impenſius in quibus & ſuũ alicubi reperiri nomen. ut hic.

M. Pompilius.

p Ompilius Andronicus natione ſyrus ſtudio epicurie ſecte deſedeoſior ī ꝓfeſſione græca habebatur minuſq; idoneus ad tuendā ſcholā. Itaq; quom ſe ī urbe nõ ſolũ antro gniphoni ſed ceteris eius deteriorībus poſtponi uideret cumā trāſiit. Ibiq; in otio uixit & multa cõpoſiti. Ve℞ adeo ī ops atq; egens ut coactus ſit precipuũ illud opuſculum ānalium elẽcorum ſexdecī millibus nũmũ cuidam uẽdere quos libros orbilis ſuppreſſus redimiſſe ſe dicit. uolgatoſq; curaſſe nomine auctoris.

Orbilius.

h Orbilius pupilius beneuẽtanus morte parentum una atq; eadẽ die inimico℞ dolo īter ẽptorũ deſtitutus Prīo aper/

turã migrãtibus fecit, deinde in macedoni corniculo. mox equo ĩduit fũctuſq; militia ſtudia repetit que iã a puero nõ leuiter atti gerat ac profeſſus diu in patriam qnquage ſimo demũ ãno cõſule Cicerone trãſiit do cuitq; maiorẽ fama q̃ emolumẽto. nãq; iã p ſenex paupem ſe & habitare ſub tegulis quodam ſcripto fatetur librũ etiã cui ẽ titu lus pialogus edidit continentẽ querelas de ĩiuriis quas profeſſores negligenter ab am bitione parentũ acciperent fuit aũt nature acerbe non modo ĩ anthiſophiſtas quos oĩ ſermone lacerauit. ſed etiã ĩ diſcipulos Sed ut Horatius ſignificat plagoſũ eum appel lãs & Domitius Marſus ſcribẽs ſi quos or bilius ferula ſcuticaq; cecidit. Ac ne prĩci pũ quidẽ uirorum ĩ ſectatione abſtinuit. ſi quidẽ ignotos adhuc cũ iudicio frequenti teſtimoniũ diceret. Interrogatus a Varro ne diuerſe ptaris aduocato quid nam age ret & quo artificio uteretur gibberoſos ſe de ſole. in umbram tranſferre. Reſpon dit. q murena gibber erat. Vixit prope ad induced ceteſimũ etatis annũ amiſſa iam pridem memoria ut uerſus Cibaculi docet. Orbi lius ubi nam eſt litterarum obliuio. Statua

eius beneuenti oſtenditur in capitolio ad ſiniſtrum latus marmoreo habitu ſedentis & palleati. appoſitis duobus ſcriniis reliqt exéplũ orbiliũ & ipſũ gramaticũ ꝓfeſſoré

Atheius .

a Theius Philologus libertinus athéis natus hunc capito atteius natũ iuris conſ. Inter gramaticos rethoré. Inter rethores gramaticũ fuiſſe ait. De eodé Aſinius Pollio in libro quo Saluſtii ſcripta reprehédit ut nimia priſcoꝝ uerboꝝ affectatione oblita ita tradit. In eam ré ei adiutoriũ fecit maxie. Quidã Atteius pretextatus nobilis gramaticus latinus declamãtum deinđ auditor atq; preceptor ad ſũmam philologus ab ſemet nomiatus ipſe ad Leliũ ſcripſit ſe in græcis lr̃is magnum ꝓceſſum habere. & ilatinis nõnullũ. Audiſſe Antõiũ gniphonem eiuſq; hermã poſtea docuiſſe. pre cepiſſe autem multis & claris iuuenibus i qbus Appio quoq; &. pulchro claudiis fratribus. Quoꝝ etiã comes in ꝓuícia fuerit. Philologi appellationem aſſũpſiſſe uidetur qa ſicut Eratoſthenes qui primus hoc cognomen ſibi uendicauit multiplici uariaq; doctrĩa céſebat̃ qđ ſane ex cométariis eius

apparet. quanquam paucissimi extent de quorum tamen copia ſeu altera ad eundem hermam epiſtola ſignificat.hilen noſtrã aliis memento conmendare quam omnis generis coegimus uti ſcis.v.ccc. in libro coluit po/ ſtea familiariſſie.C.Saluſtium & cũ defunc to aſinium pollionem quos hiſtorias conpo/ nere aggreſſos. Alterum breuia rerum ro manarum .ex quibus quas uellet eligeret inſtruxit. Alterum preceptis de ratione di/ cendi. quo magis miror aſinium pollionem credidiſſe antiqua uerba & figuras ſolitum eſſe colligẽr Saluſtium.cum ſibi ſciat nil ali ud ſuadere quam ut noto.celeri. & proprio ſermone utatur. interq; maxime obſcurita tem Saluſtii.& audaciam in tranſlatiõibus.

Valerius Cato

v Alerius Cato ut nonnulli tradiderunt burſeni cuiuſdam libertus ex gallia.ip ſe libello cui eſt titulus indigniatio ingenuũ ſe natum ait & pupillũ relictum.eoq; facili us licentia ſillani temporis exutum patrimo nio. Docuit multos & nobiles uiſuſq; eſt p idoneus preceptor maxime ad poeticam ten dentibus ut quidem apparere uel hiis uer ſiculis poteſt.

Cato grā̄maticus latina ſyren
Qui ſolus legit. ac facit poetas
Inſcripſit preter grammaticos libellos etiam
Pœmata exquibus precipue probantur
lidia & diana. lidie ticida meminit.

Lidia doctorum maxima cura liber
Diane cinna
Secula permaneat noſtri doctrina Catonis
Vixit ad extremā ſenectā ſed in ſummā pau
periem et poene inopiā abditus modico gur/
guſtio poſtq̄ Tuſculana uilla creditoribus
ceſſerat ut auctor eſt bibaculus
Si quis forte mei domū catonis
Depictas nimio aſſylas et illos
Cuſtodes uidet ortulos priapi
Miratur quibus ille diſciplinis
Tātam ſit ſapientiam aſſecutus
Quam tres calculus et ſelibra farris
Racemi duo. regule ſub una
Ad ſummi prope nutriant ſenectam
Et idem rurſus.
Catonis modo galle thuſculanum
Tota creditor urbe uenditabat
mirati ſumus unicum magiſtrum
Summum grammaticum. optimum poetā

O mnes ſoluere poſſe queſtiones
V num difficile expedire nomen
E n cor zenodoti enecur cratetis.

Cornelius.

c Ornelius epitadus .L. Cornelii ſille dictatoris libertus calatorq; ſacerdotio augurali filioq; eius fauſto gratiſſimus fuit quare nūq̄ non utriuſq; ſe libertum dicebat Edidit librum autē quē ſilla nouiſſimū de rebus ſuis nup factū reliquerat ipſe ſuppleuit

L. Taberius.

t Aberius hieraſuomene emptus heros empturus deacataſta & propter lr̄arū ſtudium manumiſſus docuit īter ceteros brutum & caſſium . Sunt qui tradant tanta eū honeſtate preditū ut tēporibus ſillanus pro ſcriptorum libros gratis & ſine mercede ulla ui diſciplina receperit .

Curtius: Nitia.

c Vrtius Nitia heſit Gn. Pōpeio &. M. mēmio ſed cū codicillo memii ad Pompeii uxorem de ſtupro retuliſſet proditus ab ea Pōpeiū offēdit domoq; ei interdictū ē

fuit &. M. cicerõis familiaris ĩ cuius epiſtola ad Dolobellã hec de eo legimus. Nihil rome geritur. quod te preſente ſcire cures niſi forte ſcire uis me ĩter Nitiam noſtrum & Nidiũ iudicem eſſe profert alter opinor duobus uerſiculis experſum alter Ariſtarchus hoc obelin. Ego tamq̃ criticus antiquos iudicaturus ſum. Vtrum ſi Io: Item ad Atticum denitias Q đ ſcribis ſi ita me habuero ut eius humanitate frui poſſim in primis uellẽ mecum illum habere. ſed mihi ſollicitudo & receſſus prouintia eſt preterea noſti internitie noſtri imbecilitatem. molliciam. coſuetudinem comitus. Cur ego illi moleſtus eſſe poſſem. Voluntas tamen eius mihi grata eſt huius de Lucilio libros etiã ſatyra cõprobat.

Lænius.

LAenius Pompeii magni libertus &pene omnium expeditionum & comes defuncto eo aliiſque eius ſchola ſe ſuſtentauit docuitq; in carinis & telluris ede in aqua regione pompeiorũ domus fuerat ac tanto amore ergã patroni memoriam extitit ut Saluſtium hiſtoricũ ꝙ eũ oris improbi animo uerecundo ſubſcripſiſſet acerbiſſime ſatyra lacerauerit. Laſtaurum &

curchonem & nebulonē popinonēq; apellās & uita ſcriptiſq; monſtruoſum. preterea priſcorum Catoniſq; uerborū meruditiſſimū furem. Traditur autem puer adhuc cathe/nis ſubreptus refugiſſe in patriam. precep/tiſq; liberalibus diſciplinis preciū domio ſuo retulliſſe. Verum ob ingenium atq; doctrinā manumiſſus.

## Cecilius.

c Ecilius Epirota Tuſculi natus libertus attici ſati equitis romani ad quem ſūt Ciceronis epiſtole quom filiam patroni nup/tam. M. Agrippe doceret ſuſpectus in ea & ob hoc remotus ad Cornelium Gallum ſe contulit. Vixitq; una familiariſſime. quod ipſi Gallo īter grauiſſima crimia ab auguſto obicitur. poſt deinde dominationem mor/temq; galli ſcholam aperuit. ſed ut paucis & tanium adoleſcentibus preciperet. pre/textato nemini niſi ſi cuius parenti hoc offi tium negare non poſſet. primus dicitur. latine ex tempore primuſq; Virgiliū & alios poetas nouos perlegere cepiſſe quod etiam Domitii Marſi uerſiculus indicati.

Epirota tenellorum nutricula uatum

Verrius Flaccus :

v Errius flaccus libertus docendi genere maxime claruit. nanq; ad exercitandū diſcentium ingenia; equales inter ſe cōmittere ſolebat propoſita non ſolum materia quā ſcriberent. ſed & premio quod uictor aufferret. id erat liberalis : antiquus: pulcher ac rarior. quare ab auguſto quoq; nepotibus eius preceptor electus tranſiit in pallatium cum tota ſchola. Verū ut neq; amplius poſt ac diſcipulum acciperet. docuitq; in atrio Catiliane domus que pars pallatii tunc erat. & ſextercia centena in annum accepit. deceſſit etatis exacte ſub Tiberio. Statuam habet preneſte in ſuperiore fori parte contra Hemiciclum in quo faſtos a ſe ordinatos & marmoreo pariete inciſos publicaret.

Craſſitius.

c Raſſitius genere Sarentinus ordinis libertini cognomine paſciles mox pāſam ſe ſonās nominauit. hic initio circa Scenam uerſatus eſt dum minographis adiuuat deinde in pergula docuit donec comentario Smirne edito adeo inclaruit ut hec de eo ſcriberentur.

Vni craſſitio ſe credere ſmyrna probauit

Deſinite indocti coniugio hoc petere.
Soli Craſſitio ſe dixit nubere uelle
Intima cui ſoli nota ſua extiterint.
Sed cum edoceret iam multos & nobiles ĩ
his Iulium Antonium trium uiri filium ut
Verrio quoq; flacco compararet & dimiſſa
repente ſchola tranſiit ſexti ſectam.

Scribonius.

s Cribonius aphrodiſius orbilii ſeruus
atq; diſcipulus. mox a ſcribonia uxo
ris filia que prior Auguſti uxor fuerat re
demptus & manumiſſus docuit quo Verri
us tempore cuius etiã libros de orthogra/
phia reſcripſit non ſine inſectatione ſtudio
rum morumq; eius.

.M.Iulius Phryginus.

i Vlius Phryginus auguſti libertus na
tione hiſpanus nonnuli alexandrinũ
putant & a Cæſare romam aduectum Ale/
xãdria capta ſtudioſe & auide imitatus eſt
Cornelium Alexandrum gramaticum Gre
cum. quem propter antiquitatis noticiam
polybiſtorem multi quidam hiſtoriam uo
cabãt. profuit palatine bibliotice. nec ſecus

plurimos docuit fuitq; familiariſſimus. Ouidio poete & Clodio licinio conſulari hiſtorico qui eum admodum pauperem deceſſiſſe tradit. & liberalitati ſua quo ad uixit ſuſtentatur. huius libertus fuit Iulius modeſtus in ſtudiis atq; doctrina ueſtigia patroni ſequutus.

C. Meliſſius.

m Eliſſius ſpoletinus Ingenuus. ſed ob diſcordiam parentum expoſitus curie & ob induſtriā educatoris ſui altiora ſtudia percepit. ac Mecenati ꝑ gramatico muneri datus eſt cui cum ſe gratū et acceptum in modū amici uideret quanq̄ aſſerēte matre permanſit. tamen ī ſtatu ſeruitutis. preſentéq; cōdicionem uere origini anteposuit. quare cito manumiſſus ꝙ elegātē curam ordinandarū bibliothecarū ī octauis porticu ſuſcepit atq; ut ipſe tradit ſexageſimum etatis annū agens libellus ineptiarū qui nūc iocorum ſcribuntur īſtituit abſoluitq; centū & quinquaginta quibus & aīos diuerſi operis poſtea addidit. fecit & nouū genus togatoꝝ īſcripſitq; trabeatas.

Pomponius

p Omponius Marcellus ſermõis latini
exactor modeſtiſſimus in aduocatio
ne quadam nam interdũ & cauſas agebat
ſolœciſmum ab aduerſario factũ uſq; adeo
arguere ꝑſeuerauit. ꝙ caſſius ſeuerus inter
pellatis iditibus dilationem petiit ut litiga
tor ſuus aliũ gramaticũ adhiberet. quãdo
nõ putat is cum aduerſario de iure ſed ſibi
de ſolœciſmo controuerſiã futurã. hic idẽ
cũ ex horatione Tiberiũ reprehẽdiſſet affir
mante Atteio catone & eſſe illud latinũ &
ſi non eſſet futurũ certe. Iã inde mentitur
ĩquit Capito. Tu enim Cæſar auctoritatẽ
dare potes hominibus. uerba non potes.
pugilẽ olim fuiſſe aſinius gallus hoc ĩ eum
epigramate oſtendit.

Qui caput ad leuam didicit.
Gloſſemata nobis precepit
Os nullum uel potius pugilis.

Q. Rhennius Palemon.

r Henius Palemon Vincentinus mili-
taris uerna. primo ut ferũt textrinũ
deinde herilẽ filiũ dũ comitatur in ſcholã
litteras didicit. poſtea manumiſſus docuit
Romæ. & prĩcipẽ locum inter grãmaticos
tenuit quanq̃ ĩfamis omnibus uitiis palãq;

& Tiberio mox & Claudio predicantibus nemini minus inſtitutiõem pueroꝝ uel iuuenũ cõmittendã. ſed capiebat hoĩes tamẽ memoria reꝝ tum facilitate ſermonis. nec non etiã pœmata faciebat ex tẽpore. Scripſit uero ex uariis nec uulgaribus metris. Arrogantia fuit tãta ut. M. Varronẽ porcũ appellaret. ſecũ & natas & morituras lr̃as iactaret. Nomen ſuũ in bucolicis nõ temer̃ poſitũ ſed preſagẽte Virgilio fore quãdoq; omniũ poetaꝝ ac poematum palemonẽ iudicẽ Gloriabat̃ etiã latrones quõdã ſibi ꝑpter noĩs celebritatem parciſſe luxurie ita ĩdulſit ut ſepius ĩ die lauaret̃. nec ſufficeret ſũptibus quanq̃ ex ſchola quadragena annua caperet. ac non multo minus ex re familiari cuius diligentiſſimus erat cum & officinas inde carnium: ueſtium exerceret & agros adeo coleret ut uitem manu eius ĩſtitutam ſatis conſtet &. xxxv. uaſa edidiſſe ſed maxime flagrabat libidinibus in mulieres uſq; ad infamiã oris. dictoq; nõ facto noattũ ferunt cuiuſdã qui cũ in turba oſculum ſibi ingerentem quãq̃ effugiens deuitare non poſſet. Vis tu inquit magiſter quotiẽs feſtinantẽ aliquẽ uides abligurire:

M. Valerius probus.

v Alerius probus Berytius diu cẽtu-
riatum petiit donec tedio ad ſtudia
ſe cõtulit. legerãt in ꝓuincia quoſdã ue-
teres libellos apud grãmatiſten durãte ad
huc ibi antiquorũ memoria nec dũ omni
no abolita. Sic cũ Romæ hos diligẽtius
repetere. atq; alios deiceps cognoſcere cu
peret q̃uis ſe cõtemni magiſq; opprobrio
legẽtibus q̃ glorie & fructui eſſe aĩaduer-
teret nihilominus in propoſito manſit.
multaq; exemplaria contracta emendare
ac diſtinguere & adnotare curauit. Sed
huic nec ulli preterea Grãmaticus parti
deditus. hic non tam diſcipulos q̃ ſecta-
tores aliquot habuit nunq̃ enim ita docu
it ut magiſtri perſonam ſuſtineret. Vnũ
& alterum uel cum plurimos tres & qua
tuor poſt meridianas horas admittere ſo
lebat. Cubanſq; inter longos ac Folgares
ſermones legere quedam idq; per raro
minus pauca & exigua de quibuſdam

minutis queſtiunculis edidit. Reliqui autem non mediocrem ſyluam obſeruationem ſermonis antiqui.

DEO GRATIAS.

Finis . Laus Deo .

Hetorica quoqꝫ apud nos pe
rinde atqꝫ grāmatica fere re-
cepta eſt paulo & difficilius
quippe quā conſtet nōnūq̄
etiā ꝓhibitam exercere qđ ne cui dubiū
ſit uetus Itē cenſoriū edictū ſubiciā Fan
nio. Strabone. M. Valerio Meſſalla Cōſ.
M. Pōponius pretor Se. Cōſ. ꝙ uerba fac
ta ſunt de philoſophis & rethoribus. S.
Cōſ. de ea re ita cenſuerūt ut. M. Pom.
pretor aīaduerteret curaretqꝫ ut ſi ei reip
fideqꝫ ſua uideret uti Romæ ne eſſent
De hiiſdē īterrupto tēpe. Gn. Domitius
enobarbus. L. Licinius craſſus cēſores ita
edixerūt renūtiatū ē nobis eſſe hoīes q
nouum genus diſcipline inſtituerūt ad
quos iuuētus in ludos cōueniat . eos ſibi
nomen īpoſuiſſe latīos rhethoras. Ibi ho

mines adoleſcētulos dies totos deſidere: Maiores noſtri que liberos ſuos diſcere. & quos in ludos itare uellent inſtituerūt hec noua preter cōſuetudinē ac morem fiunt neq; placant recta uidēt. Quapropter & his qui eos ludos habent & his q euenire conſueuerūt. uī faciēdum. ut oſtendamus noſtrā ſententiā nobis non placere. Paulatius & ipſa utilis honeſtaq; apperuit multiq; eā a preſidii cā & glorie appetiuerūt Cicero ad preturā uſq; græce declamauit latīe uero ſenior quoq; & qdē cū cos. Hirtio & pauſa quos diſcipulos & grandis pretextatos uocabat. Gn. Pōpeium qdā hiſtorici tradiderūt ſub ipſum ciuile bellum quo facilius. C. curiōi prōptiſſio īueni cām Cæſaris defēdenti cōtradiceret repetiſſe declamādi cōſuetudinē. M. Antoniū. Itē Auguſtū nemutinaſi qdem bello omiſiſſe. Nero. Cæ. & prio īperii āno publice quoq; bis Antea declamauit. pleriq; āt oratoꝝ etiā declamationes ediderūt q̄re magno ſtudio ho

minibus iniecto magna etiam profeſſoꝝ
atqꝫ doctorum profluxit copia adeoqꝫ flo
ruit ut nonnulli ex infima fortuna in or
dinem ſenatorium atqꝫ ad ſummos ho/
nores proceſſerint. Sed ratio docendi nec
una omnibus nec ſingulis eadem ſemper
fuit quando uario mō quiſqꝫ diſcipulos
exercuerūt nam & dicta preclare per oēs
figuras ꝑ caſus & apologos aliter atqꝫ alr̄
exponere & narrationes tum breuiter &
preſſe. tū Latius & Vberius explicare cō
ſueuerant. Interdum grecoꝝ ſcripta con
uertere ac uiros illuſtres laudare uel uitu
perare quedam etiā ad uſum comunis
uite inſtituta: dum utilia: dū neceſſaria:
dum ꝑnitioſa & ſuꝑnacanea oſtēdere ſe/
pe fabulis fidē firmare & demere qđ ge.
Theſis & Anaſcenas græci uocant donec
ſēſū exoluerī. & ad cōtrouerſiā uētū eſt
ueteres controuerſio aut ex hiſtoriis tra/
hebantur ſicut ſane nōnulle uſqꝫ adhuc
aut ex ueritate ac re ſiq̄ forte recēs acci/
diſſet. Itaqꝫ locorum etiam appellationi/
bus additis proponi ſolebant & ſic cer/
te collecte editeqꝫ ſe habent ex quibus

non alienum fuerit unam & alterã exẽ-
pli cauſa ad uerbum referre. Eſtiuo tẽ-
pore adoleſcentes urbani cũ hoſtiam ue
niſſent littus Ingreſſi piſcatores trahẽtes
rethe adierunt & pepigerũt bolum quã-
ti emerent nũmos ſoluerunt diu expecta
uerũt dũ retia extraherẽtur aliquãdo ex
tractus piſcis nullus fuit ſed porta auri
obſuta tum emptores bolũ aureum ſuũ
aiunt piſcatores ſuũ. Venalicicũ Brũdu-
ſii gregem Venalium e naui educerent
formoſo & pretioſo puero. qđ portitores
uerebãt. Bullã & pretextam togã ĩpoſue
re facile fallaciam celarunt Romã uenit
recogniti ſunt petitur puer quod dnĩ uo
luntate fuerit liber in libertate Olĩ autẽ
eas appellationes græci ſintheſis uocabãt
Mox controuerſias qdem ſed aut uictas
aut iuditiales Illuſtres ꝓfeſſores & quo
rũ memoria aliqua extet non temere alii
reperiuntur quam dequibus tradam.

L. Plotius Gallus.

p Lotius Gallus de hoc Cicero ĩ epi/
ſtola ad. M. titumium ſic r̃fert eq
dem memoria teneo pueris nobis primũ
latine docere cœpiſſe. L. Plotium quendã
ad quem quom fieret cõcurſus ꝗ ſtudio/
ſiſſimus quiſq; apud eum exerceretur.
dolebam mihi non licere. Cõtinebar aũt
doctiſſimorum hoĩnum auctoritate qui
exiſtimabãt græcis exercitationibus ali
melius ingenia poſſe hunc eundẽ nã diu
tiſſime uixit. M. Celius in oratione quã
pro ſe de ui habuit ſignificabat dictas ſe
a cratino ac cãtori ſuo actionem ſub ira/
toq; noĩe hordear meum rethorem appel
lat. deridens ut inflatum ac leuem & ſor
didum.

L. Volcatius.

v Olcatius plutius fuiſſe dicitur atq;
etiam hoſtiarius uetere more in ca
tena fuiſſe donec ob ĩgenium ac ſtudiũ
litterarum manumiſſus accãuti patrono
ſubſcripſit deid̃ r̃thoricã ꝓfeſſus Gn. Põ
magnũ docuit p̃riſq; eius res geſtas nec
mĩus ipſius con pluribus libris expoſuit
prius õniũ libertio. ut cor. ne. opiat̃ ſcri.

hiſtoriam orſus non niſi ab honeſtiſſimo quoqꝫ ſcribi ſolitam. Ad id tempus epi/dius calumnia notatus lu. docēdi aperuit docuitqꝫ īter certos. M. Antonium & Augustum. Quibus condam. C. caunutius obiitientibus ſibi ꝙ in re pu. adminiſtrā da potiſſimū Conſucis Iſaurici ſectā ſe/queret Malle reſpondit Iſaurici ēe diſci pulum q̄ epidii calūniatoris hic epidius ortum ſe ab epidio nūtio predicabat quē ferunt olim principatum in fontem flu/minis ſarni pauloposſt cum cornibus exti tiſſe ac ſtatim non conpauiſſe In nume roqꝫ deorum habitum.

## Sextus Clodius.

s Extus Clodius e ſicilia latīe ſimul græceqꝫ eloquentie ꝓfeſſor male o culatus. & dicas par oculorū in amicitia M. Antonii triumuiri extricte ſe aiebat. Eiuſdem uxorem fulniā cum altera buc ca inflatior erat acumen. Stili tentare dixit nec eo minus Imo uel magis ob/hoc Antonio gratus a quo mox conſule

Ingens & congiarium accepit ut in philip/
picis Cicero obiicit. Tibi & ioci cauſa ma/
giſtrum ſuffragio tuo. & cōpetitorum tuo
rum Rhetorem conceſſiſti ut in quē uellet
diceret falſum omnino hominē. ſed mate
ria facilis. & in tuos dicere. At quāta mer/
ces rhetori eſt data audite audite. p. C. &
cognoſcite reip. uulnera duo milia iugerū
campi Leoncini Sexto Clodio rhetori aſſi/
gnaſti & quidē immuni ut tanta mercede
nihil ſapere diſceres. C. Albutius

a Lbutius ſilus nouarienſis quom edi
litate in patria fūgeretur eum forte
Ius diceret ab his quos. ꝓnunciabat. pedi/
bus e tribunali detractus eſt. qđ indigne fe
rens ſtatī cōtendit ad portam & īde Romā
receptuſq; inplaci oratoris contubernium
cui declauiaturo mos erat prius aliquē qui
ante diceret excitare. ſuſcepit eas ꝑtes itaq;
ita impleuit ut plāco ſilentium imponent
nō audēti ī cōperationem ſe dimittere. ſed
ex eo clarus ꝓpria auditoria īſtituit. ſolitus
ꝓpoſita controuerſia ſedens in oꝑe & calo
re demū ꝓuectus conſurgere: ac perorarī:
declamare. aut gemere uario mō ſplēdide
atq; adornātis Tū ne uſq; quaq; ſcolaſticus

exiſtimaretur circūciſe ac ſordide & tātum modo triuialibus uerbis ægit & cauſas uer rarius dum ampliſſimam quanq̄ ſectatur. ne alium ī una locum que operādi. poſtea renunciauit foro parti pudore partim metu nā cū in lite q̄dam cētūuirali aduerſario quem ut īpetum erga parentem inceſſebat iuſiurādū quaſi per figurā ſic obtuliſſe. Iura per patris matriſq; cineres qui in conditi iacent & aliam hunc modum arripiente eo conditionem nec iudicibus aſpernantibus non ſine magna ſua īuidia negotium afflixit & rurſus in cognitione ſedis Mediolani apud. L. Piſonem ꝓcōſulem defendens reum cum cohiberētur lictores nimias laudantiū uoces ita excāduiſſe ut & deplorato Italie ſtatu quaſi iterū in formā prouintiæ redigeretur. M. inſuper brutum cuius ſtatua in conſpectu erat inuocaret. legum ac liberalitatis auctorem ac uindicē pœne pœnas luit. Iam aūt ſenior ob uitiū Vomice Nouariam rediit. conuocataq; plebe cauſis propter quas mori deſtīaſſet diu ac more contionationis redditis abſtinuit cibo.

LAVS DEO.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Modeſti de re militari magiſtratibus ur
bis & ſacerdotiis necnon & Suetoni de
grāmaticis liber impreſſus opa & impen
dio Bartholomei cremonenſis ac Bartho
lomei de carlo uercellenſis eius conſocii.
Venetiis die.xxvii.Madii.M.cccc.lxxiiii
Nicolao Marcello inclyto Venetorum
duce.

DEO GRATIAS.

47
BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA
Inc 584
46

Modeſti de re militari magiſtratibus ur
bis & ſacerdotiis nec non & Suetonii de
grāmaticis liber impreſſus opa & impen
dio Bartholomei cremoneſis ac Bartho
lomei de carlo uercellenſis eius conſocii
Venetiis die .xxvii. Madii .M.cccc.lxxiii.
Nicolao Marcello inclyto Venetorum
duce.

DEO GRATIAS

LAVS DEO.

8609